Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



• ysaias •

hic illa cum requiē dederit tibi deus
a labore tuo. et a conturbatione tua. et a
seruitute dura. qua antea seruisti: sit
mes parabolam istam contra regem
babylonis. et dices. Quomodo cessa
uit exactor. quiescit tributum: Con
trivit dominus baculum impio.
virgam dominantium. percutiens populos
in indignatione. plaga insanabili:
subiicientem in furore gentes. et per
sequentem crudeliter: Conquiescit et
silet omnis terra: gaudisa est et exul
tant. Abiecto quoque lectate sunt sy
pre: et cedri libani. Exemplo dormisti.
non ascendit qui succidat nos. In
finis subter conturbatus est. in occur
sum adventus tui: suscitabit tibi
gigantes. Omnes principes terre sur
rexerunt de solijs suis. Omnes prin
cipes nationum et universi respondebunt.
et dicent tibi. Et tu vulneratus es sicut
et nos: nunquid similis nobis es. Detracta
est ad inferos superbia tua: concertitus
cadauer tuum: subter te sternetur tinea:
et operimentum tuum erunt vermes.
Quomodo cecidisti de celo lucifer qui
mane oriebaris: Corruisti in terram
qui vulnerabas gentes: qui dicebas
in corde tuo: in celum ascendam: super
astra dei exaltabo solium meum. Sedebo
in monte testamenti: in latibulis
aquilonis. Ascendam super altitudinem
nubium: similis ero altissimo. Verum
tamen ad infernum detraheris. in profun
dum laci. Qui te viderint: adtente ide
bunt super te: et considerabunt te. Numquid
hic est vir qui conturbabat terram.
qui concussit regna. qui posuit orbem
desertum. et urbes eius destruxit. Domi
bus eius non aperuit carcerem: Omnes
reges gentium universi dormierunt
in gloria: unus quisque in domo sepulchri sui
Proiectus es de sepulchro tuo quasi
stirps inutilis: sunt sauciati pollu
tis. et obvolutus es cum hijs qui in
fecti sunt gladio: et descenderunt
ad fundamenta lacus quasi cada
ver putridum. non habebis consor
tium. neque cum eis in sepultura. Tu
enim disperdisti terram tuam. interfecisti populum tuum. non vocabitur in eternum semen pessimorum.
Parate filios eius occasionem. in
iquitate patrum eorum. Non surgent
nec hereditabunt terram: neque implebunt
faciem orbis civitatibus. Et consurgam super eos dicit dominus exercituum: et babylonis nomen et reliquias et germen et pronepotem auferam
dominus. Et ponam eam in possessionem erinaceis: et in paludes aquarum.
et scopabo eam in scopa terminationis. dicit
dominus exercituum. Iuravit dominus exercituum dicens. Si non ut putavi
ita erit. et quomodo mente tractavi
sic eveniet: ut concidam assyrium in
terra mea. et in montibus meis conculcabo
eum. Et auferetur a eis iugum eius:
et onus illius a humero eorum tollet.
Hoc est consilium quod cogitatum est super omnem
terram: et hec est manus extenta super
universas gentes. Dominus enim
exercituum decrevit: et quis potest
infirmare: et manus eius extenta:
et quis avertet eam: In anno quo mor
tuus est rex achaz. factum est onus istud.
Ne letetur philistea omnis quia
contrita est virga percussoris tui. De radice enim colubri egredietur regulus: et semen eius absorbens volucrem. et pascentur primogenita
pauperum: et pauperes fiducialiter
requiescent. Et morte fame interficiam
radicem tuam: et reliquias tuas
occidam. Ulula porta. clama
civitas: perfracta est philistea omnis.
Ab aquilone enim fumus venit: